Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

cam prohibentes necem intendens. Set hector quo-
dam iaculo cuius ferrum erat in eius acumine ual-
de secatiuum vibrauit viriliter in achillem et dum
ipsum percussisset in inguine graue sibi uulnus
inflixit. Achilles autem a bello uulneratus egre-
ditur set uulnere sibi ligato reddit ad bellum
eo proposito ut hectorem morti tradat etiam
si cum morte contingat. Hector uero interim in
quendam grecorum regem irruerat ipsum capere et
captum conabatur a turmis extrahere potuisse.
Cum pectus suum discopertum tunc gerebat
in bello scuti defensione priuatum. Et achilles
dum percenciret hectorem ante pectus suum scuti sub-
sidium non habere accepta quadam lancea ual-
de grossa et forti non aduertente hectore eius
subitum uelociter aggressurus in hectorem irruit
ipsum letaliter uulnerauit in pectore sic quod eum
mortuum deiecit ab equo. Rex uero mermon
statim ut uidit hectorem mortuum achillem
aggreditur ipsum ab equo deiecit et letaliter
uulnerauit sic quod sui mirmidones eum
quasi mortuum ad sua deduxerunt in scuto. Tro-
iani uero qui deuicti campum deserunt ci-
uitatem intrant in qua corpus hectoris mor-
tuum grecis non resistentibus detulerunt.

Liber xxiii de sepultura hectoris et de palamide gre-
corum imperium assumente. R.

Mortuo igitur hectore et in ciuitatem
troie eius corpore introducto plorat-
fit maximus uniuersaliter inter ciues. Non enim
est aliquis ciuium qui maluisset filium morti
tradere pro uita hectoris si hec fata uel deorum proui-
sionis salubriter statuissent. Mulieres etiam tro-
iane tam uirgines quam matrone in earum do-
mibus satis lugubres dies ducunt que cum multis
earum clamoribus flebiles produxerunt uoces suas.
dicentes se amodo cum earum filiis et maritis in-
dubitanter respirare non posse cum hectore
eis deficiente defecit earum firma securitas
que ab insidiis hostium eas tuebatur respi-
rare securius cum et earum hostes soliciti in earum
et maritorum earum uenerentur insidiis uel eas et eos
interciperent et occiderent uel ut eas et earum
liberos perpetue adicerent seruituti. Et sic in tam
flectu et doloris angustiis longis diebus
continue uacauerunt. Corpus autem hectoris
uniuersi reges et nobiles qui erant in troia
ad regis priami regiam scissis uestibus
et nudatis capitibus in maximo ululatu de-
ferunt et deponunt. Quod postquam uidit priamus
ineffabili dolore concutitur. Super corpus hec-
toris sepius intermoritur quod sibi per breuia
momenta sepius accidisset nisi fuisset sepius
a corpore hectoris uiolenter abstractus
et proinde sine dubio mortis exitium incurris-
set. Sic et dolentes fratres eidem dolore cum
uniuersali torquebantur cum prius mori quam
uiuere potius affectarent. Quid dicetur ergo

de Regina Hecuba matre sua. de eius sororibus Polixena, videlicet, et Cassandra, quid de Andromacha eius uxore, quas servus fragilitatis ad dolores angustias et lacrimas fluviales fecit ad longam querelam se ferre priores. Sane lamentationes earum particularibus explicare sermonibus cum minime necessarium videatur, ut potius inutiles sint omisse, cum certum sit apud omnes quod quantum Hectorem affectuosius diligebant in maioribus dolorum aculeis vexabantur. Et mulieribus sit insitum a natura quod dolores earum non nisi in mulierum more clamore propalent, et in propriis dolorosis sermonibus eos divulgent. Verum quia corpus Hectoris cadaver effectum sicut fragilitatis humane divino potentie contra terminum sine corruptione fuit in meliori consilio maiorum. Rex Priamus sollicite perquisivit si corpus ipsum absque sepulture clausura sic posset in aspectu hominum semper stare et absque aliquo dubitationis odore corporis mortui quasi vivum fictitie videretur. Et sic factum est per magistros eosdem valde artificiose doctos, quod corpus ipsum mandante Priamo in templo Apollinis locaretur, quod iuxta portam Timbream civitatis Troie antiquitus fuit fundatum. Statuerunt enim predicti magistri iuxta altare templi ipsius quoddam tabernaculum constructum spacii decentis

Nota de templo et sepultura Hectoris.

quod super iiii columpnas auro purissimo fusiles regebatur in quarum qualibet columpnarum firmata erat quedam ymago aspectu angelico representans ab imo usque deorsum ex ipsarum basa columpnarum sic quod ipse ymagines in columpnis ipsis erant ymagines et columpne, habentes bases et capitella in mirabilibus celaturis. Testudo vero ipsius tabernaculi licet tota fuisset ex auro incrustata, tamen eius erant ex lapidibus preciosis cuiuslibet generis quasi mirabilis copie quantitate, quorum splendor claritatis et lucis de nocte diem et de die solis radios effundere videbantur. Tabernaculum autem ipsum ab infima soli superficie conspicitur elevatum et suppositis quibusdam gradibus cristallinis per ipsos gradus ad ipsum tabernaculum erat ascensus. In excelso vero testudinis ipsius tabernaculi super culmen predicti magistri constituerunt quandam auream statuam similitudinem Hectoris designantem habentem ensem nudum in manu, cuius aspectus et facies erat versa parte in qua Grecorum exercitus in eorum tentoriis morabatur, quod cum ense Grecis minas imminere videbatur. Corpus vero ipsius Hectoris in mirabilis magisterii eorum artificio statuerunt in medio ipsius soli supra firmitate sedere sic artificiose locatum ut quasi vivum se in sua gereret sessione, propriis indutum vestibus preter pedum extrema. Apposuerunt enim in eius virtute quoddam artificio formule constitutio quoddam vas plenum

puro composito balsamo quibusdam aliis mixtu
ris mixtum conservationis inter mixtis cum bal
samo. Qui erat liquor primo derivabatur ad fron
tis ambitum per partes intrinsecas. Deinde ad
oculos, quam nares, nec non recte deorsum descen
dendo per easdem intrinsecas perveniebat ad
genas per quas gingive et dentes conservabantur
ipsius, sic quod tota eius facies cum nigrore multitu
dine capillorum in sua conservatione vigebat. De
inde liquor ipse pergitur eius quidem per ipsius gule ca
nenas descendendo eius derivatur ad pectus
et per ossa brachiorum intrinseca perveniebat
ad manus usque ad digitorum extrema. Sic et
liquor ipse descendens per utrumque latus co
piose diffusus, latera ipsa conservabat in statu
ut quasi vivi latentes viderentur. Qui liquor
continuis instillationibus ad continentias pectoris
emanabat et per eas perveniebat ad crura
a quibus continuo cursu perveniebat ad pedes.
Iuxta cuius pedibus erat quoddam aliud vas balsa
mo puro plenum. Et sic per appositiones cada
veri Hectoris quod corpus vivum fictione pre
tendebat in multa durabilitatis custodia
conservatum. Construxerunt preterea sapientes arti
fices iiii. lampades ex auro purissimo ignem
inextinguibilem continentes. Et sic completo opere
tabernaculi ipsius, circa ipsius ambitum statue
runt quandam clausuram ex ligno ebani que clausura
poterat esse quandoque et quandoque poterat aperiri, ut corpus

Hectoris sic locatum aspicere volentibus apertus
pateret aspectus. Rex igitur Priamus prope in
templo ipso magnam familiam constituit sacerdotum
ut continue in deorum orationibus sollicitudine indefessa
vacarent, qui ipsius tabernaculi continue custodie
imminerent, dispositis per eundem Regem Priamum
redditibus copiosis pro substentationibus vite predictorum
deo famulancium sacerdotum. Agamenon autem — Oratio Agamenonis post mortem Hectoris.
inter hec Hectore mortuo et Achille, ut predictum
est, letaliter vulnerato, convocatis Regibus et
maioribus Grecorum exercitus coram eis venientibus
coram eo sic ipsos allocutus est dicens. Amici
Reges et principes, humiles grates diis nostris
debemus toto corde referre quod durum hostem nostrum
videlicet Hectorem dignati sunt interficere per Achillem,
cum Hectore ipso vivente nullam de inimicis nostris
poteramus sperare victoriam, quod tot reges nostros
sic crudeliter interemit, quod cum ceteris nostris maioribus
interfecit in sua bellicosa virtute: Regem Prothesi — Nota nomina xv Regum quos interfecerat Hector.
laum, Regem Patroclum, Regem Orcomene, Regem
Cedeum, Regem Philatonem, Regem Archelaum,
Regem Xantippum, Regem Alpinorem, Regem Archi
logum, Regem Dorium, Regem Polixenem,
Regem Fidium, Regem Polibetem et Regem Leo
tonis et alios multos nobiles generis nostri.
Quid ergo amodo eo mortuo possumus sperare
Troianum nisi ultimum eorum excidium, quos quod
ultra sperare debemus nisi quod de eis sumus absque
longi temporis mora victores. Verum quia bellum

aliquam in hac cede victorie nunc non possimus absque
presencia Achillis strenui virtuosi, bonum esset quale
si nobis videtur acceptum ut donec Achilles
in suis vulneribus convalescat. Ad Regem priamum
nuncios nostros mittamus ut obtentis induciis
sub treugue duorum mensium firmitate cada
vera mortuorum quorum fetore confundimur va
leamus iterum igne cremare quod interim vulnera
ti ad sanitatis beneficium reducantur. Et sic
Agamenon suo colloquio finem fecit. Assi
stentes universi igitur consilium commendant Agamenonis
unanimiter comprobant et sic esse faciendum. Mit
tuntur igitur ad hoc legati Ad Regem priamum
et petite duorum mensium inducie conceduntur. Inter
istas vero inducias Palamides valde conque
ritur Reges de dominio Agamenonis et cum qua
dam die gentes Reges in temptorio Agamenonis
Secunda querella Palamidis contra Agamenonem et responsio facta per eundem.
convenissent et Palamides sua conquesta verba contra
Agamenonem effudisset. Agamenon in sua
discretione respondens ut potest qui erat in omnibus
multa sapientia moderatus qui coram audiencia tunc
presentium verbis Palamidis respondendo sic dixit.
Amice Palamides de potestate mei Regni huc
usque michi concessa an putas me exinde multa
laudis dignitate letari cum ab ipso principio nec eam
exquisierim nec eam procuraverim nec dari eam
cepi placere nulla michi emolumenta convenerint
sed quia modo sponte et persone mee continuas curas
addiderim et labores ut Reges et principes et

cetum sub mea gubernatione salute in omnibus duce
rentur. Et si eam me contingisset potestate carere po
tuissem michi habundare sufficere sub alterius ducis
Regimine, sicut quod sufficiat cuilibet aliorum regum cum
exercitu meo esse subductum et satis puto me in
meo Regimine non peccasse nec aliquid dolo vel ne
gligentia commisisse quod michi sustinere possit ascribi.
Sed non in electione mei regiminis tuus assensus
non fuit requisitus mirari non debes cum tunc presens
in mee electionis iudicio non fuisses sed tu
post modum ad exercitum accessisse plus duobus mensibus
elapsi fuerunt. Qui si tuus fuisset expectatus
assensus Adhuc forte in Athenarum portu
noster exercitus resideret et ne forte putetur quod huius
Regiminis sim multum avidus et forsitan concupiscerem
quod alius eligatur michi est gratum in electione cuius
paratus sum una cum aliis regibus laborare et
affectione maxima consentire. Nec potest dici domine
Palamides quod exercitus noster sine tuo consilio
ducatu non valeat cum te absente et absque consilio
tuorum dictamine multa in hoc exercitu gesta fu
erunt que satis salubriter omnibus communiter successerunt.
Et cum Agamenon suo colloquio finem ha
buisset Ea die de hoc ultra non fuit disposi
tum nec tractatum. Agamenon igitur circa ipsius diei
vesperas per totum exercitum preconia voce mandavit
ut omnes ipsius exercitus in mane sequentis diei ad
temptorium Agamenonis pro colloquio generali ac
cedere non cessent. Factum est ergo in mane facto. Universi

in maiores

maiores quorum ad colloquium accesserunt. Quibus Agamenon inter eos sic dixit. Amici fratres huc usque gessi Regis nostri sarcinam sub cuius pondere satis laboriose multiplicata insudavi omnes salubres vias mente solicita perquirendo per quas tam maiores quam ceteri sub mei cura regiminis ducerentur. Sed tamen est permissione deorum quod sub mee gubernacionis cura prosperos felices successus ad portum salubris statum firmum feliciter iam deduxi. Sed cum equum sit ut uni usitatis non debeat uni tantum incumbere set equa distributione ceteris de huiusmodi gravari que iniuncta onera partem sustineant que alii sub onere non succumbant. Cum iam tempus sit me ab ipsius Regiminis onere relevare quod super humeros meos tot annis incubuit incumbisse cognitum est ut aliquem de Regibus et principibus eligamus qui per debitas vicissitudines distributione facta salubriter regat et sua discretione gubernet. Agamenon igitur colloquio fine facto placuit omnibus universis cum brevis sit vicium naturale frequenter de novo dominio gratulari et de nova mutacione gaudere ut eorum eligeretur alius gubernator et ideo electionis celebrato scrutinio. Palamidem eorum elegerunt in ducem regendi totius exercitus sibi potestate concessa. Inde est quod colloquio dissoluto universi se ad eorum tentoria deduxerunt. Ex quo postea Achilles de Agamenonis mutacione et subrogacione Palamidis prefferentes in

Colloquium generale Agamenonis

No. de sede imperiali et novus dominus

notuit valde sibi displicuit quinto anno inter alsis tres assumit. quod Agamenonis non fuit necessaria nec bona mutacio cum nec ei sit similis nec par in discrecione regis subrogatus cum mutacionis semper fieri bant ad comoda meliora. Set quod prior fuerat electio celebrata omnis tacite in con.

Liber xxiii
In quo agitur de bello viii. de strenuitate Regis Priami et Achille in recepto amore Pollixene.

Treugis igitur in(?)ibus datis ad treugam cum integritate decursis. Rex Priamus aspiciens filii sui mortem in ictibus ensium vindicare ipse de persona sua omnis acies ordinavit et constitutis ductoribus super eis ipse personaliter constituit belli inire certamen. Electis xx milibus militum in sue cuneo aciei et ut scriptum dicitur Centum quinquaginta milia equitum eo die ex parte Troyanorum fuit egressa. Egreditur primo Deyphebus deinde Troylus deinde Paris deinde Rex Priamus Subsequenter Eneas deinde Rex Oxenon deinde Polidamas qui usque ad Grecorum tentoria cum celeritate festinat. Palamides vero iam suas acies ordinaverat que contra Troianos veniunt in occursum belli letale committitur ex quo deficientium magna sequitur multitudo. Rex autem Priamus in Palamidem irruit ipsum violenter prosternit et eo prostracto dimisso Timbrude se ingerit inter Grecos multos ex Grecis interficit. multos

CL milium ex parte Troianorum.

Prelium fuit in xxiiii ista vice propter affeccionem regis Priami vindicare letis necem sui filii et quia Priamus irruit cum Palamide ipsum violenter deiecit ab equo